UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs A Saxo Ferrato In primam Codicis Partem

Bartolus

Lugduni, 1567

Diuortio fac. apud quem libe.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96119

Visual Library

Diuortio facto,apud quem liberi morari,vel educari
debeant. Rubric. XXIIII.

LEX VNICA.

Licet. Apud quem liberi alantur facto diuortio, in ar-
bitrio iudicis eſt.h.d.

AVTHENT.

Si pater. Iſta authentica, ſtatuit nouum modū,
apud quem liberi debeant educari.
¶ Et vide eam quia clara eſt,ꝛc.

De alendis liberis. Rub. XXV.

LEX I.

Parentum. Querit gl.vtrum filius de
beat debita patris ſoluere.
Dicit quod non,ꝛ bene,vt ff.de lib.agno.l.ſi quis
a liberis.§.parens.Querit glo.an frater teneatur
alere fratrem.[a] Certe ſic, vt l.qui filium.ff.vbi pu-
a pil.educ.deb.

ADDITIO.

a ALEX.¶ Fratrem.Adde gl.ꝛ Bar.in l.ſi quis.§.vtrum.de libe-
ris agnoſcendis.

LEX III.

Si competenti. Mater poteſt agere con-
tra patrem,vt filium alat.
hoc dicit.

LEX IIII.

1 ☞ Filius an debet habere alimenta.

Si patrem. Pater officio iudicis cogitur a-
lere filium non ingratū,ꝛ debet
2 prius de filiatione conſtare.h.d.¶ † Not.ex principio,
quod filius ingratus non debet habere alimenta. Cau
ſe autem ingratitudinis,que repellunt a ſucceſſione,ille repellunt
a ab alimentis.¶ Querit gl.† quid ſi conſtat eſſe filium , non tamen
legitimum.Et vide gloſſ.fi.ibi,ꝛ ſi conſtiterit.Hoc intellige de filio
ſpurio.Nam naturalis debet ali,vt ī.tit.ij.aut.licet.Item ſpurius
debet ali de iure canonico , extra de eo qui duxit in matri. quam
pol.per adulte.c.cum haberet,ꝛc.

a De naturalibus liberis.[a] &c. Rubr.XXVII.

Dictum eſt ſ.de concubinis,nunc de his qui ex eis naſcuntur.

ADDITIO.

a P.PAV.P.¶ De naturalibus liberis. Not. quod naturalis,
ꝛ baſtardus idem ſunt.vide Alex.cōſi.cxxviij.Que autem dicatur
concubina,vide d.Fran.conſ.xlviij.in princ.omnino, an ſuccedant
naturales,ſpurij,manzeres,inceſtuoſi ꝛ ſimiles,ſiue aſcendentes,
ſiue deſcendentes,ſiue tranſuerſales,vide late Bar. in trac.de ſuc
ceſ.ab inteſt.latius Ang.in §.fi.in aut.quib.mod.na.effic.ſui.Item
qui dicantur ſpurij,ꝛ qui naturales ꝛ qualiter ſuccedant ꝛ quali-
ter cōmunitas puniatur,ꝛ multa in materia baſtardorū , vide per
d.Bapt.cacialu.in repetitione l.ſi qua illuſtris.C.ad orfic. ꝛ vide
per eundem in eius tabula.Item an de iure fforum prohiberetur
filius naturalis inſtitui plus quam in vna vncia, vide Aret. in l.ſi
is qui.ff.de vul.ꝛ pup.in l.Lucius.eo.tit.Item quod nati ex coitu
punibili non ſuccedant.Et quid ſi aliquis naſceretur ex coniuga-
to ſed ex ſoluta,licet committatur adulterium ex parte viri, tamē
ſuccedit,vide Soci.in l.Pau.§.qui ſi is.de libe.ꝛ poſth.

LEX I.

1 ☞ Pater an poſſit vendere filio ſpurio.
2 Legatum factum filijs ſpurijs,per quos reuocetur.

Senatores. Viri in dignitate poſiti, ſi
ex viliſſimis mulieribus fi-
lios legitimos habere voluerint, ſunt infames , ꝛ
a quod eis vel eorū alteri titulo donationis[a] vel em-
ptionis tradiderunt,per perſonas legitimas retra
ctatur,quibus ceſſantibus venit fiſcus,que res per
eius queſtores poterit indagari. h.d. ¶ Diuide in duas partes
principales.Primo ponit perſonas.Secundo dat remedium cō-
tra fraudes.Secunda ibi,ipſas etiam.¶ Item prima ſubdiuidi-
in tres,qꝛ primo ponit patrem.Secundo filios.Tertio vxorē.Se
cūda ibi,ita vt quicquid.Tertia ibi,ſed ſi vxori.Item ſecunda ſub
diuiditur in alias tres,qꝛ primo dat remedium contra occultan-
tem res.Secundo contra fraudem adhibitam in contractu. Ter
b tio contra negligētiam perſonarū.Secunda ibi,ſiue itaqꝫ.[b] Ter-
tia ibi,quod ſi extitāt.Per iſtam l.in ver.ſiue itaqꝫ per ipſum, ꝛc.†
do.Iaco.de Bel.in quadam diſputatione reprehendit gl. que eſt
in l.qui teſtamentum.ff.de prob.que videtur permittere patri ven
dere filio ſpurio. hic videtur text. in contrarium. Item per ho[c]
quod dicit eo ipſo quod res patris reperitur apud iſtum filium
ſpurium,preſumitur iſta emptio facta in fraudem,ꝛ per interpoſi-
tam perſonam.Facit ad hoc ī.e.l.iij.ver.ꝛ qđ de ſubeunda. ¶ Itē
c no.ex fin.[c] huius l.† quod quando relinquitur filijs ſpurijs,admit-
2 tuntur ad reuocandum[d] certe perſone hac l.nominate,quib. ceſſan
d tibus venit fiſcus, vt hic dicitur.† Et licet hec l.loquatur proprie
3 in filijs ſpurijs natis ab hominibus poſitis in dignitate , tamen
Azo in ſum.huius tit.ꝛ gl.in l.hereditas.ī.de his qui. vt indig.in-
telligit hanc l.etiam in quolibet ſpurio . Quam opi . non ſequor,
imo indiſtincte dico,quod illud quod palam relinquitur ſpurio,
ad heredes ſcriptos reuertitur, vt l.Lucius. §. in teſtamento . de
leg.j.circa fi.tit.Et iſtam materiam de ſpurijs,plene examinaui ff.
de his qui,vt indig.l.fina.ꝛ l.hereditas.ī.eod.tit.ꝛc.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Donationis. Dum hic dicitur, non poſſe donari fi-
lio ſpurio,dicas ſecus in naturali,qꝛ omnia poſſūt donari . Text.
eſt no.ꝛ ſecundum doc.in l.omnes. §. Lucius . de his que in frau.
cre.¶ Adde Roma.conſi.cccxvij.ꝛ ccccl xxxviij.ꝛ xlviij.
b ALEX. ¶ Siue itaqꝫ.Adde Bar.in d.l.qui teſtamentum.Ad-
uerte tamen,qꝛ iſta l.ſecundum Bar.non excludit veram vendi-
tionem,ſi probatur veram eſſe,imo fortius non poteſt emere ab
eo,qui emit a patre,ſecundum Bar.in l.ſi is qui.de vulg . ꝛ pupil.
Quid autem ſi frater inſtituat iſtum ſpurium,etiam in bonis pa-
ternis,an poſſit,Bal.hic quod ſic.ꝛ in l.eam quam.in princ. C. de
fideicommi.Et ad iſtam materiam,vide Iac.de bel.in quadam diſ
putatione,ꝛc. ¶ Adde quod frater fratrem ſpurium inſtituere
poſſit.Bal.conſi.v.j.lib.
c ALEX. ¶ Not. ex fin. Adde ſing.modum relinquendi filio ſpu-
rio poſitum per Bar.per.per illum no.tex.in l.ſi is qui duos.de li.
leg.ꝛ vide Bar.in l.quod conditionis.ff.de dona.cauſa.mor.ꝛ An
gel.poſt alios in l.ij.de here.inſti.vbi dicit quod inſtituat filium , ꝛ
grauet eū de reſtituendo Regi Frācie,qꝛ veriſimile eſt,quod Rex
non petet hereditatē reſtitui.Bal.cōtra in l. hac edictali.§.omni
bus.de ſecun.nupt.Utrum autem id quod relinquitur ſpurio,re-
uertatur ad heredes ſcriptos vel ad quos, vide Bar.in l. heredi-
tates.§.fin.de his qui.vt indig.Idem Bal.hic ꝛ quid in relicto fa
cto filio naturali vltra quam capere poſſit,vide doct. in l.ſi is qui
ſolidum de vulg . ꝛ pupil . ¶ Adde modum relinquendi ſpurio.
Bal.conſi.xxx.Ro.conſi.xliij.in fi.
d P.PAV.P.¶ Ad reuocandum.No.quod iſti duo menſes,qui dā
tur ad retractandum alienata vel relicta ſpurijs,alias admittan-
tur,ſecus procedit ſi fiſcus aufert,alias perpetuo admittuntur ve
nientes ab inteſtato,vide Bal.in c.naturalis,ſi de feu . cōtrouer.

LEX II.

a **Matre.** [a] Si pater naturalis habet matrem , ꝛ legiti-
mos liberos , naturalibus vt indignis, ꝛ eo-
rum matri,vſqꝫ ad vnciam relinquat, vel matri ſemiun-
ciam,ꝛ quod vltra relinquitur, predictis legitimis reſeruatur. h.
d.Hic habes auth.nunc ſoli,ꝛc.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Matre.In hac l.eſt gl.multū peregrina . Illud quod
dicitur hic,in vna vncia,diſputatur in gl. Hoc an ſit verum , vide
gl.in l.fin.de reg.Cato.ꝛ l.Plautius.ꝛ ibi vide per Imo.de condi.
ꝛ demonſt. ꝛ in l.ex facto. §. Iulianus. ff.de vulg. ꝛ pup.circa fin.
¶ Adde quomodo ſuccedant naturales,Bal.conſ.lv.ij.lib.

LEX III.

Si quis. Si pater ſuos naturales curie proprie ciui-
tatis tradiderit. vel ſi ſit natus ex Regijs
vrbibus,ꝛ alicui ciuitati,que prouincie caput obtineat, tradide-
rit,poteſt eos inſolidum inſtituere, qui dictam conditionem non
poterunt recuſare,ſi bona paterna reperti fuerint poſtea poſſide
1 re,idem ſi naturalem filiam curiali tradiderit. h.d. ¶ † Not.quod
a qui oritur ex villa,[a] vel vico,ſortitur originem ex illa ciuitate, cui
villa,vel vicus ille ſubeſt,ꝛ in gl.de epiſc.ꝛ cler.l.nulli.§. quod ſi vi-
2 co.ff.ad mun.l.qui ex vico.¶ Secundo no.† quod patria,ꝛ ciuitas
idem important, ibi quod ſi alterutram regaliū ciuitatum patriā,
ꝛc.ad quod facit.ff.de legat.iij.l.vxorem.§. legauerat , ꝛ dixi plene
3 in l.ij.de verb.ſigniſi.¶ Tertio no.† quod preſumitur repudiatio
fraudulenta ex hoc,qꝛ bona repudiata poſtea quis incapax reper
tus eſt poſſidere,de hoc ꝛ in l.j.ꝛ ij.ī.de rep.here.ꝛ ibi per Cyn.ꝛ ff.
de acqui. here. l. ſi is qui bonis. facit ad illud quod dixi in l.poſt
contractum.de dona.¶ Ultimo gl.ſignat hic quedam arg . con-
traria,ꝛ non ſoluit,vide eam ibi,ar.contra,de opp.pub.l.fin.Sol.
Quando vtrunqꝫ poteſt pariter fieri,eſt laudabilius fouere anti-
quos,vt ibi,ſed ſi vnum tantum poteſt facere, laudatur vnum ſi-
cut,aliud , vt hic , ſequitur in glo.ar.contra,de decur.l.nullus,ſed
hic per ſe mulier non poteſt ſeruire curie,ſufficit ergo quod nu-
bat curiali.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN